



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

XVI. De cura capellarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

X V.

Obscenam illorum abominationem præsentis
constitutionis oraculo detestantes , qui vendere
dicuntur benedictiones nubentium , & sepulturas
mortuorum , talia de cetero fieri prohibemus om-
nino ; & qui contra fecerit , cum Giezi in die
tremendi iudicii recipiat portionem . Nec per hoc
intendimus quod laudabiles consuetudines loco-
rum , seu ecclesiarum habentium coemeteria , infrin-
gi debeant , & quando possint rectores earumdem
ecclesiarum huiusmodi recipere licite , si nuben-
tes post benedictionem , & consanguinei , vel alii
pro defunctis post sepulturam aliquid offerre vo-
luerint , deuotionis intuitu , & etiam pietatis .

X VI.

Rectores , qui matrices habent ecclesias , a qui-
bus dependent capellæ , circa ipsas in tali volumus
cura versari , ut in ipsa capella , quæ subiacet curæ
suæ , si facultates suppetant , vicarium idoneum
statuant , qui residenceat continue in ecclesia , &
deseruiat in diuinis & parochianis spiritualia præbeat
alimenta . Quod si fuerint in hoc remissi , vel se
reddiderint negligentes , per ordinarios puniantur .

X VII.

Curent etiam & priores , cuiuscumque sint or-
dinis , parochialibus ecclesiis quos obtinent , pleno
iure per vicarios idoneos continue facere in diui-
nis obsequiis deseruire , & parochianis ecclesiarum
ipsarum spiritualia sollicite ministrari . Alioquin ab-
bas , seu prior , qui parochiale ecclesiam huius-
modi sine rectore per mensem dimiserit a die no-